



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 11. Andelotus Regem accedens, eique rationem reddens de sua  
Religione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul.XVI.

A.C.1558.

§. XI.

*Andelotus Regem accedens, eique  
rationem reddens de sua Re-  
ligione.*

Thu. l. c.

Belc. comm.

l. 28. n. 10.

Maimb. hist.

Calvin. t. 1.

l. 2. p. 162.

Igitur Andelotus evocatur, ac Moncelli coram Rege, is cum Mensæ affideret, sistitur. Ibi Rex cum multa de sua erga ipsum benevolentia, ac vicissim de ipsius meritis præfatus esset, tandem dixit: „ viscera mea doloris vi obruebantur, cum ad me ex compluribus locis deferretur, quod tu male de Religione sentias, ac proinde quid de Missæ Sacrificio, quod Calviniani tantopere excitant, & abhorrent, credas, ut mihi respondeas, præcipio.„ Andelotus summa fiducia, ut erat vir elato animo, audacter respondit, „ mihi gaudium affert, quod Rex, quem munificentissimum erga me, ac omnem familiam meam expertus sum, & cui me vicissim in omnibus rebus hactenus obsequentissimum præbui, fidem meam, & industriam approbet: ceterum in causa Religionis fucum Deo facere non possum: corpus, opes, & dignitas in Regis potestate sunt, de quibus ad arbitrium suum statuere poterit: anima vero soli Deo, qui dedit illam, subjacet, cui proinde in hac causa ut potiori Domino parere necesse habeo.„

Insu-

Infuper Andelotum hæc subjunxiffe referunt: „Calvini sectam profiteor, ac „propterea Missam, tanquam hominum „commentum summopere abominan- „dum, detestor.„ Hoc responso cum ni- mium audax foret, Rex adeo excan- duit, ut præ ira e mensa confurgens, lan- ceque arrepta, quam in terram dejicere volebat, incautius Delfinum Filium suum, qui infra eum sedebat, graviter per- cussit, mensisque mox remotis Ande- lotum a Joanne Babro Bordeferio fe- cretoris cubiculi Magistro duci jusserit in Meldorum civitatem, ubi in Episcopi ædibus aliquantisper sub custodia fuit detentus, donec Regis jussu Melodunum transferretur, ibidem inclusus.

## §. XII.

*Montlucius in supremum Gallici pe- ditatus Præfectum electus.*

Cum Andelotus Gallici peditatus Præfecturam amoto Colinio ejus Fratre, ac Francicæ classis Architalasso, obtinuisset, mox hæc dignitas Blasio Montlucio deferebatur, quam is quidem primo acceptare recusabat, veritus, ne sibi inde malevolorum invidiam accer- feret, seque Montmorentiis, quorum fa- vorem sedulo conservandum reputabat, infensum redderet: iteratis tamen Hen- rici Regis mandatis progressu tempo- ris

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

Comm. de  
Montluc. l. 4.

B 2 ris